

4096 (*navis, cui statua Matris deum imposita est; ante eam mulier quae insula ad rostrum alligata navem trahere videtur*) Matri deum et Navi Salviae | Salviae¹ voto suscepto | Claudia Synthyche | d. d. (*In lateribus pileus Phrygius aliaque instrumenta cultus Phrygii*).

4097 Navi Salviae | et matri deu d. d. | Claudia Sinty|[che] . . .

Romae rep. in ripa Tiberis sub Aventino (VI 492. 493 cf. p. 834 hanc Veronae vidit Mommsen, illa extat Romae in museo Capitolino; imaginem huius post alios dederunt Müller et Wieseler Denkmäler der alten Kunst II tab. LXIII n. 846). Anaglypho apparet repraesentari navem illam, qua Mater deum Romam advecta est, quam navem, inhaerentem vado Tiberino, extractam esse, cingulo ad rostrum alligato, a Claudia Quinta, vetus fabula erat (Suet. Cl. 2, Herodian. 4, 11, 4, Iulian. or. V p. 160 Spanh.). Navis Salviae nomine nonnulli putaverunt significari ipsam illam navem pro numine cultam (Mommsen ad VI 494), alii Claudiam inter deos receptam. Cf. Jordan ap. Preller Roem. Myth. ed. 3 II p. 58. — 1) Errore bis positum.

4098 Matri deum | et' Naví Salviae | Q. Nunnus | Telephús mag. | col. cultó. eius¹ | d. s. d. d.

Romae (VI 494 vidit Marinius). — 1) Magister collegii cultorum eius.

4099 Matri de|um mag. Ide|ae Phryg. Fl. | Tyche cerno|phor.¹ per M. Iul. | Cass. et Cass. Sev. | M. At. et Ann. Coss. Gal.²

Olisipone (Lisboa) (II 179 vidit Huebner). — 1) Cernophora. Idem munus est in titulo Neapolitano X 1803: d. m. | Heriae Victorinae | [c]aernophoro | M. Herius Valerianus | filiae dulcissimae. Cf. infra N. 4442 not. 2. — 2) Intellegi M. Atilium et Annium Gallum consules (a. 108) putat Huebner; alterius consulis cognomen errore collocatum esse post coss.; vereor ut recte.

4100 (*pinus, a qua pendent crotala, fistulae, lances; subtus stat leo; iuxta pedum et clava, cui imposita mitra[?]*) Matris deum magnae Ideae Palatinæ¹ eiusq. m.² religionis adpar[a]tor³ Navius⁴ Ianuarius.

In vico Les Pennes prope Massiliam (XII 405 p. 812 semel ut videtur descripta saec. XVI, nescio quam religiose). — 1) Palatina apte dicitur Mater magna, quippe cuius templum in Palatio stetisse notum sit (Hirschf.). De templo Matris deum Palatino cf. Huelsen Roem. Mittb. 1893 p. 5 seq. — 2) Haec corrupta esse appetet. — 3) adparnor traditur. Cf. N. 4173. — 4) Nomen corruptum.

4101 M. d. m. | Cereriae¹ | v. s. Fruticia | Thymele | M. Statini Dori².

Venetiis, deinde Catai, sed reperta sine dubio Aquileiae (V 796 vidit Mommsen). — 1) Idem cognomen in titulo Bonae deae Aquileiensi supra N. 5499. — 2) Idem homines supra N. 5947.

4102 Matri deum et Isidi | G. Menatius G. filius | Fab. Severus famum refe|cit et pronaum de suo fe|cit ex voto.

Malcesine ad locum Benacum, iam Veronae (V 4007 vidit Mommsen).

4103 Matri deum | magnae | pro salute adq.¹ | incolumentate | dd. nn. Augg. et Caess.¹ | Aur. Firminianus | v. p., dux limit. prov. Scyt., | bonis auspiciis | consecravit.

Tomis (Köstendje) rep., est Parisiis (III 764 vidit Mommsen). — 1) A. 295—205.